UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.XXIII. Convention zwischen Schweden und Chur-Brandenburg wegen Pommern.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1647. Febr. All ſolches iſt warlich zu dem Ende nicht geſchehen, daß die Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg von dem Hoch-Stifft Halberſtadt in perpetua ſecula excludirt, und derſelbe auf andere erblich transferirt werden ſolle. Cauſa data, cauſa non ſecutâ, competit condictio indebiti. &c. Osnabruck den 29. Januar. 1647. 1647. Febr.

§. XXIII.

Convention zwiſchen Schweden und Chur-Brandenburg, wegen Pommern.

Endlich kamen die Schweden mit den Chur-Brandenburgiſchen dergeſtalt, wegen Pommern überein, wie die nachgeſetzte Formul ausweiſet; weil aber die Schwediſchen Legati ſolche ſelbſt zu unterſchreiben, darum Bedencken trugen, damit es nicht einem particular-Tractat gleich ſehen möchte; ſo wurde beliebt, daß die beyderſeitigen Projecte, durch die Schwediſche und Chur-Brandenburgiſche Legations-Secretarios unterſchrieben werden ſollten.

N. I.

Inter Regiæ Majeſtatis Regnique Sueciæ Legatos ex una, & Electorales Brandenburgicos ex altera parte, de Pomerania & Epiſcopatu Caminenſi, in ſequentes articulos, mutatis mutandis (ita tamen ut ſubſtantialia per omnia ſalva & integra maneant) Inſtrumento Pacis Generalis inſerendos conventum eſt:

1) Sereniſſimus Elector ſuo & totius Brandenburgicæ Domus nomine conſentit, ut Regiæ Majeſtati Sueciæ & futuris ejus heredibus ac Succeſſoribus Regiis, Regnoque Sueciæ, in perpetuum & Immediatum Imperii Feudum cedat tota Pomerania Citerior, vulgò Vor-Pommern, cum Inſula Rugia iis limitibus contenta, quibus ſub noviſſime defuncto Duce deſcripta fuit.

Tum ex Pomerania Ulteriori Garz, Stettinum, Dam, Golnaw & Inſula Wollin, unà cum interlabente Odera & mari, vulgò das friſche Haff vocato, ſuisque tribus oſtiis Peine, Schwinne & Divenow, cum adjacente utrinque terra, ab initio Territorii Regii usque in mare Balthicum, ea latitudine littoris orientalis, de qua inter Regios & Electorales Commiſſarios circa exactiorem limitum & cæterorum minutiorum definitionem, amicabiliter convenietur.

2) Conſentit etiam, ut Regia Majeſtas Regnumque Sueciæ Pomeraniam Citeriorem, cum omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis & Secularibus ad ea pertinentibus territoriis & bonis, iisque adhærentibus juribus & privilegiis, nullo eorum excepto, quibus priores Pomeraniæ Duces gaviſi ſunt, & inſuper urbes Garz, Stettinum, Damm, Golnov & Inſulam Wollin, unà cum ſuis proprietatibus, ab hoc die in perpetuum, pro hæreditario feudo habeat, iisque fruatur & inviolabiliter utatur.

3) Conſentit, ut quicquid juris antehac habuerunt Duces Pomeraniæ Citerioris in collatione Prælaturarum & Præbendarum Capituli Camminenſis, idem in perpetuum competat Regiæ Majeſtati Regnoque Sueciæ, ita tamen, ut Epiſcopatus, unà cum reliqua Capituli parte, quæ ad ulteriorem Pomeraniam alias pertinet, Sereniſſimo Electori integer maneat.

4) Exſolvit Ordines, Officiales & ſubditos omnium & ſingulorum ſupradictorum locorum, vinculis & ſacramentis, quibus hucusque ſibi ſuæque Domui obſtricti fuerant, eosque ad homagium & obſequia Regiæ Majeſtati Regnoque Sueciæ præſtanda, juxta morem antehac obſervatum, remittit,

1647. Febr. atque ita Sueciam in juſta plenaque eorum poſſeſſione conſtituit, renuncians omnibus in ea prætenſionibus ex nunc in perpetuum. Idque tam Sua Serenitas Electoralis quam tota Domus Brandenburgica pro ſe ſuisque poſteris, peculiari diplomate ſtatim concipiendo, confirmabunt. 1647. Febr.

5) Viciſſim Regia Majeſtas Sueciæ reſtituit Suæ Serenitati Electorali primo reliquam Pomeraniam Ulteriorem cum omnibus appertinentibus bonis & juribus Eccleſiaſticis & Secularibus, pleno jure, tam quoad dominium utile quam directum: deinde totum Epiſcopatum Camminenſem atque urbem Colbergam cum omnibus territoriis, juribus ac dignitatibus, & reliqua parte Capituli, quæ Regiæ Majeſtati & Coronæ Sueciæ in Articulo 3. non eſt conceſſa: Item omnia loca, quæ præſidiis Suecicis inſeſſa tenentur per Marchiam Brandenburgicam & Ulteriorem Pomeraniam: denique omnes Commendas & bona ad Ordinem Equeſtrem Divi Johannis ſpectantia, quæ extra territoria Regiæ Majeſtati Regnoque Sueciæ ceſſa continentur, ac tandem ea Acta, Regeſta & cætera documenta literaria, quæ hæc loca & jura reſtituenda concernunt, ex Archivo & Chartophylaciis Aulæ Stetinenſis Suæ Serenitati Electorali bona fide extradi faciet.

6) Ordinibus & ſubditis dictarum ditionum locorumque hinc inde ceſſorum, competentem eorum libertatem, cum poſſeſſionibus, juribus & privilegiis ab anteceſſoribus legitimè acquiſitis, unà cum ſecuro liberoquè Evangelicæ Religionis exercitio, juxta invariatam Auguſtanam Confeſſionem perpetim fruendo, tam Regia Majeſtas Sueciæ, quam Sua Serenitas Electoralis & utriusque Succeſſores, reſpectivè circa homagii renovationem & receptionem, omni meliori modo confirmabunt & conſervabunt; ſitque liberum ſubditis utriusque ditionis, pro conditione ſua domicilia mutare, & ex una in alteram ſeſe conferre, diſcedentibusque bonorum ſuorum feudalium diſtractio, ſalvo jure Ducali & privilegiis ſubditorum antiquis, neutiquam impediatur.

7) Titulis & Inſignibus Pomeraniæ & Regia Majeſtas Sueciæ, & tota Domus Electoralis Brandenburgica promiſcue utantur, prout hoc inter priores Pomeraniæ Duces uſitatum fuit: quod tamen cum hoc moderamine intelligendum eſt, ut Sereniſſimus Elector cum tota ſua Domo à titulo Principatus Rugiæ, omnique alia prætenſione in loca ceſſa, abſtineat: Sereniſſima vero Regina Regesque Sueciæ cum Simultanea Inveſtitura, & ſpe Succeſſionis etiam in reliquum Ulterioris Pomeraniæ ac Epiſcopatum & reliquam partem Capituli Caminenſis, caſu deficientis lineæ maſculinæ prædictæ Domus Brandenburgicæ. Cujus caſus eventu, tam Pomerania Ulterior tota, quam Epiſcopatus & Capitulum Caminenſe, unà cum titulis & Inſignibus ad ſolos Reges Regnumque Sueciæ perpetuo pertinebunt; ita tamen ut interim Ordinibus & ſubditis Pomeraniæ, in Ulteriori Pomerania, circa receptionem vel renovationem homagii, more antehac ſolito, caveatur.

8) Seſſio & Votum ratione Pomeraniæ competat tam Regiæ Majeſtati Regnoque Sueciæ, quam Suæ Serenitati Electorali in Conventibus Imperii & Circuli Superioris Saxoniæ, obſervato tamen ordine alternationis in Comitiis Imperii, in Conventibus verò Circuli Regina ſemper priori loco ſedeat.

9) Bona vicinitas & amicitia inter Regiam & Electoralem Domum, nec non utriusque Status & ſubditos, libertas item Commerciorum terra marique, ut & navigationis, cum navibus non bellicis, tam in itu, quam reditu, ſtationeque, non modò per Oderam & reliqua flumina, ſed etiam ad littora portusque Pomeraniæ & mare Balthicum, atque inter Marchiam Brandenbur-

1647. Febr. burgicam, Pomeraniam & Pruſſiam juxta, ac exportatio & diſtractio mercium in urbes & oras adjacentes, libera & eadem maneant, quæ fuerunt ante bellum, ſalvo jure legeque cujusque loci. 1647. Febr.

10) Cætera quæ exactiori limitum definitione, ut & aliis quibusdam articulis determinationem ulteriorem requirunt, ſicut minoris momenti ſunt, quam ut Inſtrumento Pacis Generalis inſeri debere videantur; ita ad ulteriores tractatus inter Regiam & Electoralem Domum proximè inſtituendos merito remittuntur.

11) Supra dicta omnia & ſingula non ſortiantur effectum, niſi cum Pace Generali. &c.

Hæc inter Regiæ Majeſtatis Regnique Sueciæ & Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Legatos, ita eſſe acta, & die $\frac{1}{11}$. Febr. Ao. 1647. in manus Legati Chriſtianiſſimæ Regiæ Majeſtatis Illuſtriſſimi Domini Comitis d'Avaux depoſita, ad Mandatum Illuſtriſſimæ Legationis Suecicæ atteſtor.

M. BIöRNKLAU

S. R. M. Secret.

§. XXIV.

Die Handlung über Pommern wird gegen andere Geſandten geheim gehalten.

Es wurde aber dieſer Tractat dergeſtalt verborgen gehalten, daß niemand der übrigen Geſandten ſolchen zu leſen bekommen kunte: Und die Handlung zwiſchen denen Kayſerlichen und Chur-Brandenburgiſchen Legatis über den Æquivalent-Punct, wurde ebenfalls ſo geheim geführet, daß die andern nichts rechts darvon erfahren mochten, ſo ſehr ſie ſich auch darum bewarben. Dahero endlich die **Geſandten** derer bey dieſem Punct am meiſten intereſſirten **Fürſtlichen Häuſer** an den Grafen **Oxenſtiern** giengen, und Ihm, daß darunter die Billigkeit beobachtet werden möchte, gründlich repræſentirten. Es gab aber derſelbe zur Antwort: Er wolle ihnen die Wahrheit lieber rund heraus ſagen, als ſie lange im Zweifel laſſen: Es ſey nicht mehr res integra, ſondern es beruhe der Æquivalent-Punct lediglich auf der Unterſchrifft derer Kayſerlichen; dieſe hätten zwar die Pfältziſche Sache, nebſt Minden und Oßnabrück, pro conditione mit eingerücket haben wollen; Sie, Schweden, aber hätten darein nicht gewilliget, ſondern, ratione der Reichs-Sachen freye Hände behalten, und ſich nicht, wie die Frantzoſen bey ihrer Satisfaction, præ nimio amore des Elſaſſes, füreylig gethan, in andern Sachen vinculiren laſſen: Dahero *Comte d'Avaux* erſt neulich, zu Ihm, **Oxenſtiern**, geſagt habe: Vous étes mechants, nous nous avons precipitez; Es wäre zwar eine auf die Reichs-Anlagen fundirte Deſignation eingekommen, daraus man habe zeigen wollen, daß das Æquivalent, welches man durch die Stiffter, dem Chur-Fürſten von Brandenburg vor Pommern geben wolle, weit ein mehrers werth ſey, als was Er an Pommern verliehre: Alleine die Brandenburgiſchen wendeten gar vieles dagegen, und ſonderlich dieſes, ein,

Welche dagegen Vorſtellung bey denen Schweden thun, ſonderlich wegen der Evangeliſchen Stiffter.

1) daß in puncto Æquivalentis nicht auf die unrichtigen Reichs-Anſchläge, ſondern auf Land und Leute, deren Einkünfften und Commoditates, geſehen werden müſſe; 2) wären alle Stiffter im Reich, ſonderlich Magdeburg, in der Matricul allzuhoch angeſchlagen; 3) giengen von Magdeburg diejenigen 4. Aemter ab, welche Chur-Sachſen zugeeignet wären, ſo faſt den dritten Theil des Ertz-Stiffts ausmachen; 4) giengen von Halberſtadt ab, die excipirten Hohn- und Rheinſteiniſchen Aemter und Pertinentien; 5) würde billig ſowohl bey Magdeburg als Halberſtadt, derer Dom-Capituln Intraden abgezogen, welche gemeiniglich an die $\frac{2}{3}$.

zu